Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

d 32 nō relicto semine et sedens acce
pit eam. et mortuus est: et ne
ipse reliquit semen. et tertius filii
et acceperunt eam similiter septem et nō
reliquerunt semen. Novissima
omnium defuncta est et mulier simul
Surrectione ergo cum resurrexerint
cuius de his erit uxor. Septem enim
habuerunt eam uxorem. Et respon
dens ihesus ait illis. Nonne ideo erra
tis: nō scientes scripturas ne
que virtutem dei. Cum enim a mortu
is resurrexerint neque nubent
neque nubentur: sed sunt sicut an
geli dei i celis. De mortuis au
tem quod resurgant nō legistis in li
bro moysi super rubum quomodo di
xerit illi ihesus deus ego sum de
us abraham. et deus ysaac. et
e deus iacob. Nō est deus mortu
orum sed viorum. vos ergo multum
errastis. Et accessit unus de scri
bis. qui audierat illos conquirentes: et videns quoniam bene illis re
spondisset. interrogavit eum quod
esset primum omnium mandatum. Ihs
autem respondit ei: quia primum om
nium mandatum est. Audi israhel do
minus deus tuus deus unus
est: et diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo. et ex tota anima
tua. et ex tota mente tua: et ex
tota virtute tua. hoc est primum
mandatum. Secundum autem simile est
illi. Diliges proximum tuum tan
quam te ipsum. maius horum aliud
mandatum nō est. Et ait illi scri
ba. Bene magister in veritate di
xisti: quia unus est deus. et
f nō est alius preter eum. Et ut dili
gat ex toto corde. et ex toto in
tellectu. et ex tota anima. et ex tō
fortitudine fortitudine: et dili
gere proximum tanquam seipsum. est
maius omnibus holocaustomati
bus. et sacrificiis. Ihesus autem vi
dens quia sapienter respondisset: di
xit illi. Nō es longe a regno dei
et nemo iam audebat eum interro
gare. Et respondens ihesus dicebat
docens in templo. Quomodo dicunt
scribe xpm filium esse dauid. Ipse
enim dauid dixit in spiritu sancto. Dixit
dominus domino meo sede a dextris me
is: donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Ipse ergo da
uid dicit eum dominum: et unde est
filius eius. Et multa turba eum
libenter audiebat. Et dicebat eis in
g doctrina sua. Cavete a scribis:
qui volunt in stolis ambulare et
salutari in foro. et in primis cathedre
sedere in synagogis: et primos discu
bitus in cenis. Qui devorant domos
viduarum sub obtentu prolixe o
rationis: hi accipient prolixius
iudicium. Et sedens ihesus contra gaz
philacium. aspiciebat quomodo turba
iactaret aes in gazophilacium. Et di
ti multi iactabant multa. Cum
venisset autem vidua una pauper
mitte duo minuta quod est quadrans
et convocatis discipulos suos ait illis
Amen dico vobis quoniam vidua hec
pauper plus omnibus misit. qui
miserunt in gazophilacium. omnes
enim ex eo quod habundabat illis mi
serunt: hec vero de penuria sua
omnia que habuit misit totum vi
ctum suum:

XIIII

a Et cum egrederetur de templo
ait illi unus ex discipu
lis suis. Magister: aspice
quales lapides. et quales structu
re. Et respondens ihesus ait illi
Vides has magnas edificationes
omnes. Nō relinquetur lapis super
lapidem qui nō destruatur. Et cum
sederet in monte oliveti contra
templum. interrogabant eum sepa